Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nec nos sine anglis: nec rursus anglis sine nro conflic
tu contra antiquum hostem dimicant. Crigam gladium
securis. quia fortissimos nrę patrię concives et in
uictos adiutores habemus. iuxta quod apls dicit.
Honne omes amministratores sunt spes in ministerium
missi ppter eos qui hereditatem capiunt salutis. Inde
autem illi fortes unde et nos. inde illi inuicti unde
nos. id est ex diuina uirtute. sine qua nec illi aliquid
ualent nec nos. Pugnat enim nunc michael qui
est ecclę ppositus. cum suis anglis p ecclia pugnabit
etiam amplius tempore anti xpi iuxta illud. in tem
pore illo consurget michael princeps magnus etc.
Et non ualuerunt. neq; locus inuentus est eorum am
plius in celo. Quare dicit non ualuerunt. cum etiam
post baptismum et suam abrenuntiationem diabo
lus multos decipiat. Sed licet uideantur pualere
ad tempus tamen in eos qui ad uitam sunt pre
destinati non prevalent. quia ablato peccato p pe
nitentiam non inuenit [illegible] in eis locum diabolus.
Ille namq; fit eius hab[illegible]tatio. in cui mente
regnat peccatum. Tolle ergo regnum peccati. et non
inuenietur locus diabolo. Sunt autem et nonnulli in
quib; nec ad tempus prevalent. quia ad nullum mor
tale crimen eos possunt impingere. p quod illaq;
corda debeant possidere. Quibus Paulus dicit.
Nolite locum dare diabolo. Potest autem hoc speci
aliter referri ad diem iudicii. quando omne illaq;
certamen ab aduentu dni. initum terminabitur.
quo pacto ista sententia. complebitur non ualuerunt.